



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendiolvm De Lavdibvs Aqvae Benedictæ, eiusq[ue]  
primaria institutione, in duodecim Paragraphos  
discretum, pro instructione simplici[u]m, co[n]tra  
Lvtheranos, & Valdenses Hæreticos**

**Bernardus <de Lutzenburgo>**

**[Köln], 1526**

**VD16 B 1991**

Aqua b[e]n[e]dicta p[...] addi ad aqua[m] no[n] b[e]n[e]dicta[m]. § VI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30516**



& sal, & doceat populus sancte trinitati gratias pro sua eruditione & redemptione referre. Ois enim uirtus dependet ex uirtute sancte trinitatis & passionis Christi, & sic in benedictione, que ponit Numerum. vi. Nomen domini tertio inducitur ut sancta trinitas intelligatur, a que & pro que & in que omnia sunt petenda & impetranda a que sunt omnia. Vnde sicut in uereri lege, quodam memorat aqua sancta, sicut Numerum. v. Assumet aquam sanctam & cetera. Et aqua maledicta, in quibus congesta sunt maledicta quas qui biberit contumescet foemur eius & ueter. Et sunt aquae Aegypti que uelut sunt in sanguine. Esa. xv. Aquae Nimirum deserti erunt. Sic in nouo testamento quodam sunt aquae sancte quales consecrantur in ecclesia & aquae maledictae, ut aquae hereticorum, de quibus Hieronymus super Naum. Sicut flumina de uentre iusti fluunt, & fontes uberes in uita aeterna per uarias multiplicesque sententias, quibus imperat sermo domini ita & habent heresiarche aquas suas quibus imperant & que ex eorum primis, fontes manarunt.

Aqua benedicta potest addi ad aquam non benedictam. § VI.  
**B. Thomas.** ¶ Aqua benedicta potest fieri additio aquae non benedictae & tota erit benedicta ut habet B. Thomas in. iiii. dist. xij. q. i. quia in aqua benedictione non fit aliquid mutatio substantialis ipsius aquae, sed ei acquiritur aliquid virtus ex benedictione & ideo illa uirtus potest peruenire ad aquam additam & illa benedictio nullam facit immutationem circa substantiam aquae. **Alex. de Ha.** in. iiii. pre. q. 40 ar. 3. Aqua benedicta appositae aquae non benedictae, facit totam benedictam in aliqua quantitate eo quod ibi est completa comixtio, sic ibi est unio, ad quam sequitur quodam diuisio sanctificationis, propter quam illa aqua ratione unionis est sanctificata. **Hugo cardi. Innocentius.** Hugo Card. super. 4. sen. dicit quod benedictio sic fuit instituta, ut si aqua in debita quantitate aquae addatur, tota fit benedicta. Et Innocentius extra de cons. ecclesie. Non negamus quin oleum non consecratum consecrato oleo commisceri possit, & ita sacrum secundum glo. tamquam dignum trahit ad se non sacrum & alia glo. dicit quod in reficiendis sacris uestibus filium non sacrum siue panis non sacer potest apponi, nec est opus noua consecratione. Et infert Panormitanus circa decretale, quod in dubijs. quod compositum ex diuersis assumit naturam simplicis dignioris, & sic practicat in aqua que Nouesim ad honorem sancti Quirini consecratur, per certis infirmitatibus, cui aqua munda non benedicta potest addi.

Aqua benedicta non est sacramentum, sed sacramentale. § VII.  
**B. Thomas.** ¶ Consecrationes & benedictiones que fiunt in ecclesia non dicuntur sacra quia non ducunt ad sacramenti principale effectum, qui est gratiae consecutio & sacra immediate a Christo sunt instituta a que robur habent & ex opere operato efficaciam; Sacramentalia uero per summos Pontifices, aut concilia generalia sunt instituta, Ecclesia enim catholica dei sacerdotio sublimata, potest instituire multa sacramentalia, que ei merito sunt in operatione efficaciam & quodam dispositiones ad sacra. B. Thomas in. 4. dist. 2. q. 1. ar. 2. Aqua benedicta non ordinatur directe ad remedium peccatorum, sed ad remouendum phibes, unde datur contra daemones nequias & peccata uenialia, & omne quod effectum sacramentorum impedire possit, propter hoc non est sacramentum quia remouens phibes est agens peccidens.